VERS. 8. — STANSQUE CLAMABAT (1). Quid dixerit stentore voce prodigiosa illa et vasta bellu, apertum est, neque ullâ interpretis indiget operâ. Eam enim totius, ut apparet, provincie nomine conditionem offert, ut longum bellum, in quo tanto civium sanguine, rerumque communium dispendio dimicatum est, unius capitis discrimine finiatur. Si enim, inquit, contingat superari illum, qui pro Philistinis et illorum nomine in arenam descendit, subituros Philistinorum Hebræorum iugum; si contra acciderit, non recusatos Hebræos Philistinorum imperio subesse. Dixisse alia plurima arrogantie plena, quasi præ se nullo essent aut numero aut loco Hebræorum phalanges, verisimile est. Ita sanè indicat illud Eccli. cap. 47, v. 3, ubi se de David: *In tollendo manum in saxo funde dejecit exultationem Goliath*, id est, exultantem, quasi omnem jam spe victoriam devorasset. Chrysostomus tom.

spicula, vel jabulo, minùs longo quàm hasta ejus, vel lancea. Castallo reddit, *lanceam*; alii *clavam*, vel *gladium*. Verum nihil est, quo cogatur deserere Septuaginta et Vulgatam, exponeutes de clypeo.

VERS. 7. — HASTILE HASTE EJUS ERAT QUASI LICHTORIUM TEXENTUM, QUI EPHEM VOLVITUR STADIBER IN USUM LESENDI. Hebræus: *Hastile lancee ejus tanquam javan texentium*. Vel: *Sagitta lancee ejus, tanquam fistularum texentium*. Explicent alii de jugo, circa quod tela volvitur; alii verò de jugo, circa quod torquetur stamentum. Porrò lignum, vel hasta lancee crassitiam trabis illius æquabat, longitudinem verò plurimum superabat. Aquila et Theodotus, *tanquam malum navis*. Symmachus, *tanquam velum navis*. Porrò de crassitie et longitudine hujus haste argumentum capì non potest ex instrumentis textrinae hujus ætatis; aliud erat veterum textorum artificium.

FRAXIS HASTE EJUS SEXCENTOS SICLOS HABEBAT FERREI. Id est, fere libras viginti. Hebræus: *Flamma (cuspis) lancee ejus erat sexcentorum siclorum*. Scripserunt quidam accuratè scrutatos pondus armorum Goliath, dato singulis partibus illa componentibus æquo pondere, colligit, æquasse ducentas septuaginta duas libras, et uncias tredecim. (Calmet.)

(1) Audi S. Ambros. lib. 1 de Offic. c. 53: *Non quàm David nisi læcessus bellum intulit, hæc prædium fortitudinis comitem habuit in prælio. Nam et adversus Goliath in manu mole corporis virum singulari certamine dimicaturus, arma quibus oneraretur respuit. Virtus enim suis lacertis magis quàm alienis integumentis nititur. Deinde eminus, quo gravis feriret ictu lapidis hostem intemul; postea nunquam nisi consulto Domino bellum adorsus est. Ideò in omnibus et viror præliis usque ad summam senectam et manu promptus, bello adversum Thianas suscepto, ferocibus bellator nascelatur, agminibus, gloria cupidus, inentiosus salubris.* (Corn. à Lap.)

À, homil. de David et Goliath, verba refert, quæ in læcessendo videri potuit effatusse, quæ tu vide (1).

VERS. 11. — AUDIENS AUTEM SAUL, ET OMNES ISRAELITE SERMONES PHILISTHÆI RUGECMODI, SUPERANT. Hæc quoque ad gloriam pertinent David, qui unus et nullis non timuit; et ut quisvis intellegat, quantus esset vir ille spiritus cum unius è Palestinorum exercitu tot Hebræorum milibus non timorem solum, sed etiam stuporem intusserit. Quod idè illis erat gravius, quòd unus è multis ad singularem cum gigante congressum vocabatur, in quo de summa rerum agebatur indicabaturque aut universalis, atque perpetua servitus, aut perpetuus in utrumlibet populum dominatus. Neque contra monstrum illud hominis; tanque egregie sive ad declinandam, sive ad inferendam plagam instructum, quisquam se obvium offerre, aut contra minaces atque superbas voces quidquam mutire audebat. De quo verè dicas quòd de Darete fabulosò Maro lib. 5 Æneid. Nan cum vastis se viribus efferebat, latosque ostenderet humeros, addidit:

*Queritur huic alius, nec quisquam ex agminis tanto*

*Audet adire virum, manibusque inducere cascos.*

VERS. 12. — ET ERAT VIR IN DIEBUS SAUL SENEX, ET GRANDÆVUS INTER VIROS (2). Hic dicendi modus jam valde progressum, imò et confectum ætate docet Davidis patrem Isai, quo fortassè eo tempore nullus erat natu major in Israel. Ex quo duo colligo: alterum, quàm sit falsum Goliath filium fuisse Orphæ, cum Ruth, quæ soror dicitur Orphæ, saltem quæ illi coeva fuit, avia fuerit Isai; alterum, Davidem, quo tempore congressus est cum Philisthæo, adultâ jam esse ætate, et supra juvenilem: neque enim verisimile est, virum

(1) VERS. 9. — SI PERCUSSEME, ERIBUS VOBIS SEAVI. Conditio hæc utrinque accepta non fuisse videtur. Philisthæi, interfecto Goliath, conditioni minime steterunt; et Hebræi armis illis insensu fuderunt, nulli ea curantes quæ gigas proposuerat. Thirasonica fortè fuerat militis gloriosi jactantia, vel simplex propositio cui neutra pars assensit. Porrò servitus et subjectio consueta erat victarum gentium conditio. (Calmet.)

(2) Hebræus: *Senex et senens inter homines diebus Saul*. Dies inter homines viderat multos, ætatem suam exegerat. Septuaginta: *Vir erat senex et amnis proreclus*. Chaldaeus: *Senex meruatur in juvenibus, vel inter selectos*. Jam senior, sed cruda seni viriditas que senectus. (Calmet.)

usque adeò gravem annis filium habuisse eo tempore adolescentulum, qualis à nonnullis existimatur. De quo aliquid postea (1).

VERS. 17. — ACCIPE FRATRIBUS TUIS EPHI POLENTÆ, ET DECEM PANES ISTOS. Ut olim Jacob filium suum Josephum, et nondum patenscendis gregibus propter ætatis imbecillitatem idoneum, misit ad fratres, ut *videret si cuncta prospera sint erga fratres*, Genes. 37, sic nunc bonus pater Isai de filiorum salute sollicitus minimum filiorum suorum è pascuis evocat, illumque onustum panibus cibisque castrænsibus ad fratres militi, ut quo in statu res illorum sit, accuratè exquirat, et quid illis necessarium esse didicerit, remittet. Ephii polentæ militi et panes decem. Polenta cibus est illi qui in castris agunt, aut ruri diù ab hominum cœtu separati commorari coguntur, maxime accommodatus, ex quo varios sibi recentisque cibos quòdlibet parare solent milites in castris, pastores ruri, et qui longam ingrediuntur viam, quocumque loco consistierint. Polenta Hebræicè *קמח קליל*, à radice *קלל*, *kalil*, quæ *torrere* significat. Rab. Salomon dicit esse farinam ex specie plenis virentibus, postquam exsiccate sunt, et toste in furno. Hieronymus *polentam* reddidit; hæc verò est hordeum nuda defactum, deinde siccatum et tostum, molisque contusum, et in farinæ modum comminutum. Ephii mensura est aridorum, de qua nòs in nostris Commentariis super Ezechielem cap. 45, quæ idem apud Hisjanos capit quòd *fane*.

(1) VERS. 15. — ABHERENT TRES FILII EJUS MAJORES POST SAUL IN PRÆLIUM. In ejusmodi expeditionibus, nenio ad arma idoneus, non nisi per summam necessitatem bello abstinetur. (Calmet.)

VERS. 14. — DAVID ÉTAIT LE PLUS PETIT DE TOUS, ET LES TROIS PLUS GRANDS DE SES FRÈRES AVAIENT SUIVI SAUL. La rencontre de David qui s'offre à combattre Goliath lorsque tout le monde tremble de peur, doit consoler l'Eglise, qui voit dans cet exemple qu'en même temps que Dieu lui prépare des ennemis pour l'exercer, il lui prépare aussi des défenseurs intrépides pour la défendre. Il suscite quand il lui plaît des personnes quelquefois inconnues et cachées, comme Pétaüt alors David, qui font ce que les chefs du peuple, marqués par Saul, n'oseraient faire. (Sacy.)

VERS. 13. — DAVID REVERSES EST A SAUL, ET PASCEBAT CÆRÆM PATRIS SUI. Antè bellum hæc, David apud regem non vivebat, nisi eum identidem rex novo morbi accessu torqueretur, mitigatâ morbi vi, David ad pristinam vitæ professionem redibat: quam verò exercebat, ars pastoritia, non unam præbebat occasionem virtutis suæ exerceunda in urso ac leone, eoque veluti tirocinio assuecebatur bello quo deinde claruit. (Calmet.)

cæ dimidium, sex nempe *zelemine*, aut modios tres.

VERS. 18. — ET DECEM FORMELLAS CASEI HAS DEFERS AD TRIBUNUM. Multa ab his, qui præsumunt, dura atque indebita patiuntur milites, qui non minus licere sibi putant in milium, quam in hostium corpora. Atque idè non minus filiorum salutis consulto bonus pater Isai, cum casei formellæ misit ad tribunal, quàm si ad filiorum victum destinasset. Sunt autem *formellæ* exigui atque recentes casei, qui ex vasis, in quod compacti sunt, cavitate ac modo figuram et formam accipiunt. De quibus, ut optinet, Virgilius in Cœppa: *Sunt et caseoli, quos juncea fœcina siccat.*

E juncea fœcina formam accipiunt illi Maroniani casei, neque ex aliâ accessisse reor formellæ tribuno destinatas. Tigrinus et Pagninus *caseos lacteos*. Septuaginta, *caseos lactis*. Quare arbitror non aliud esse, quàm quòd Latini vocant *lac pressum*, seu *press coagula lactis*. Hispani vocant *requesones*.

ET CUM QUIBUS ORDINATISSENT, DISCE (1). Multum refert, maxime in acie, quos habes duces, quibus obsequare, à quibus accipias stationem et pugnantem tempus ac modum, et a quo fueris sortitus socios et commilitones, qui tecum labores et curas partiantur. Ille igitur juxta Isai, ut David exquirat, et ad se referat. Juba hæc Vulgatam translationem non est explicatio difficilis. Non tamen ita, si textum consulas Hebræicam, et recentiorum translationes alias, qui ita reddunt, aut non longè secus: *Et pignus coram tollis*. Hebræorum sententiam tradit Hieronymus in Traditionibus Hebræicis, juxta hanc translationem: *Pignora*, inquit, in hoc loco Hebræi libellos repudiū intelligunt, et siquidem usum illius gentis fuisse ferunt, et ut quando ibatur ab eis in pugnam, libellos repudiū uxoris suis darent, ut si contigis-

(1) Alleg. S. Aug. serm. 497. qui est de Davide et Goliath, totum hoc caput et duellum explicat de Christo duellante cum diabolo: *Isai*, inquit, *gessit tyrum Dei Patris*. Isai *misit David ut requireret fratres suos*; et *Deus Pater misit Unigenitum suum, ex cuius et personâ scriptum est: Narrabo hominem tantum a fratribus meis*. Ad requirendos enim fratres et suos venerat Christus, quando dicebat: *Non sum mixtus nisi ad oves perditas domus et Israel.* Et veni ergo David *cum tribus mensuris, et decem formellis et casei, ut fratres suos in prælio possim velletaret, quia venturus erat Christus cum decem calago legis et mysterio Trinitatis, ut rediret humanam de potestate diaboli liberaret.*

(Corn. à Lap.)



et set virum in praelio capi et in captivitatem duci, mulier ejus, expectatis tribus annis, et si vir ejus non rediisset, alium duceret virum. Cum Hebraeis sentit magister Historiae scholasticae; neque improbat Hugo, neque Dionysius, qui hujus sententiae dicit esse Josephum, apud quem ego non invenio. Cui sententiae neque ratio, neque Scriptura favet. Primum, quia commodius scriptura in urbe fieri, quam in acie potuit; neque ita urgebat hostis, ut non satis temporis libello repudiatio scribendo in urbe relinqueret; neque, ut ferebat Hebraeorum consuetudo, ex castris mittebantur libelli, sed cum se ad bellum milites accingerent. Neque lex permittebat libellum accipere repudii, nisi cum propter aliquam foeditatem viro foret uxor odiosa. Deuter. 24, v. 1: *Si acceperit homo uxorem, et habuerit eam, et non invenerit gratiam ante oculos ejus propter aliquam foeditatem, scribat libellum repudii.* At hic nulla in uxore foeditas accusatur, aut id propter quod uxor viro possit esse fastidiosa; sed tantum quia vir est absens, neque inter conjuges esse potest connubiale commercium.

Quod si recentiorum translationem sequamur, alius est sensus, quem indicat Septuaginta translatio, quae ita habet in Complutensi editione: *Et quibuscumque indigeant, cognosces.* Fieri solet in his qui militare studium proficiuntur, dum in castris sunt, egere rebus ad victum necessariis, quas interdum, idque non infrequenter, ita parant, ut vestes et alia ornamenta, aut munimenta necessaria dent illis pignori, à quibus acceperunt. Quare verisimile est Davidi à patre datas esse pecunias, ut fratrum pignora soluto pretio à creditore redimeret. Ita putat Abulensis, Cajetanus, Vatablus; et magis est recentiorum translationi consentaneum. Sed non interpres absque dubio optime reddidit textum Hebraicum. Quod sic habet *תקן ערבתם ארבאתם תיקח.* *עב* arab cum multa significet, ea tamen omnia ad communionem, consensionem, conventionem et commercium referuntur. Ut cum aliqui commercii gratia res rationesque conjungunt, cum pignus dant et accipiunt, ut fidei homines, atque promissis sient; cum societatem in rebus contrahendis ineunt, aut in aliquo vivendi genere res habent, rationesque, commoditates facturasque communes. Quod si ita est, optime hac voce explicari potest illa societatis militum, qui sub eisdem morantur signis, in eodem sunt contubernio, quibus communis

est aut lucri commoditas aut vitae periculum. Sanè pro societate familiarique commercio sumitur, Psal. 105, v. 35: *Commixti sunt inter gentes, et didicerunt opera eorum.* Proverb. 20, v. 19: *Ei, qui revelat mysteria, et ambulat fraudulenter, et dilatat labia sua, ne commiscearis;* et cap. 24, v. 21: *Cum detractoribus ne commiscearis,* id est, ne cum illis vivas, aut habeas consuetudinem, aut familiarem usum. Talis omnino est illa consuetudo, sive consensio, quam habere solent milites, qui sub eodem signo, aut in eodem contubernio degunt. Quòd verò *לכאח*, quod accipere significat, idem sit quòd cognoscere, Latinorum usus satis ostendit, apud quos frequentissimum est; hoc accipimus à majoribus, à philosophis, id est, didicimus, et cognovimus. Qui dicendi modus licet Hebraeis, quod ego viderim, in usu non sit, tamen ipsa translationis expedita ratio suadet illis non esse inusitatum. Ergo erit ad verbum: *Accipies illorum commercium, consensionem, et coordinationem,* id est, disces quos habeant socios in acie, in qua sint cohorte, quem habeant ducem, et quomodo sint coordinati. Hinc nonnulla conjectura sumitur, ut quatenus Saülis tempore, imò et primis regni imperii temporibus suis Israelitis stipendiis militasse, cum Isai ad filios alimenta miserit, quae nimirum non videntur à regio sumptu militibus impensa. Secus est de Machabaeorum temporibus, in quibus stipendia à regibus videntur constituta militibus. 1 Machab. 14, v. 32. Simon militibus gentis suae dicitur stipendia meritis, et Paul. 1 Cor. 9, v. 7, *neminem dicit suis stipendiis militare.* Si quando vero milites dicuntur mercede conducti, illi externi sunt; non verò illorum imperio subditi, sub quorum signis pugnant; quales fuerunt illi qui ab Amasai rege Juda ex Israele conducti sunt, lib. 2 Paralip. c. 25, v. 6.

VERS. 20. — *SURREXIT ITAQUE DAVID MANE, ET COMENDAVIT GREGEM CUSTODI, ET ONUSTUS ABIT.* Non pigritavit David paternis satisfacere mandatis, quia parentis imperio aliquid interponi moris non putabat illius esse, qui in parentes honorem et observantiam coleret; et quia fratres amabat, quibus in castris victum esse suspicabatur angustum, illos egere, aut laborare ditius passus non est. Quare cum gregis custodiam socio commisisset, anteverit solem, et multo mane cum his sarcinulis, quas paternum praeceptum imposuerat, festinavit ad castra. An verò, ut proxime sonat littera, onustus ierit David, id est, suis sibi,

humeris onus imposuerit, et à paterno imperio et fraternâ charitate oneratus, laborem illum susceperit, neque lenem, neque ad breve loci aut temporis spatium, nihil est certum. Sanè si oneratus incedebat, magnum nobis praebit et observantiae paternae et fraternae charitatis exemplum. Quae duo si adsint, suave reddunt jugum, et onus leve; licet his qui in amore frigent, et de obedientiâ non aequè ac sanctè cogitant, intolerabilia et prorsus indigna videantur. Sed puto Davidem illud onus imposuisse jumento; ita putat Abulensis; neque si David illud vellet humeris pondus imponere, pateretur bonus pater Isai, qui non ita trium fratrum, qui erant in castris, susceperat curam, ut Davidis alijceret. Sed est valde Davidis laudanda sedulitas, qui aliquid sibi de nocte somnoque detraxit, ne fratrum communitati deesset.

ET VENIT AD LOCUM MAGALA, ET AD EXERCITUM, QUI EGRESSUS AD PUGNAM VOCIFERATUS ERAT. *Magala* aut nomen est proprium loci, ubi conserat Hebraeorum exercitus; aut certè commune, quo significatur natura locorum, in quibus castra rei militaris periti opportune metantur. *Magala* enim circulum significat; optima autem videbatur illa metatio, in qua vallus et agger circulari ambitu militum agmina concludunt. Scio alias castrorum formas ab aliis probari; verum non improbat haec rotunda, aut si non omnino rotunda, quae tamen propè ad circuli figuram accedit. Vide Vegetium lib. 1, c. 25. Quo autem tempore eò applicuit David, populus cum militari strepitu, ac filiorum clangore in certamen prodierat; et è contra Palaestinarum acies ex adversâ statione progrediebatur. Quam pugnam ut videret novus hospes, bellicosus et audax, sarcinulas custodi commendat, ut quae esset pugnantium contentio, quis ardor quis denique certaminis exitus, propius spectaret. Cum tamen apparuit Hebraeorum terror, et Palaestinarum propagaeculum Goliath, ceciderunt Hebraeorum animi; et qui prius in conspectum se inimicorum dederant, confestim ignobili fugâ intra sua se castra et munitionem receperunt (1).

VERS. 25. — *AD EXPROBANDUM ENIM ISRAEL ASCENDIT.* Non ascendit Goliath, sed potius à loco eminentiori descendit ad mediam vallem,

(1) VERS. 25. — *DE CASTRIS PHILISTINORUM.* Heb. *De agmine.* Ex ordinibus suis procedens, constituit se medium inter utrumque agmen. (Galmet.)

ubi futurum erat aut militum omnium, aut duorum virorum singulare certamen. Sed, ut supra diximus cap. 14, tam ascendendo, quam descendendo, ex usu Scripturae, venire significat, aut moveri.

DOMUM PATRIS EIUS FACIET ABSQUE TRIBUTO IN ISRAEL. Haec verba, quae tunc erant in multorum ore, audivit casu David, et excitatus tum studio bravii victori propositi, et depellendi ex Hebraeorum nomine tantum dedecus: quò certius nosset, an illud certum esset, quod casu et leviter acceperat, rogat semel atque iterum ab aliis, quibus illud ignotum esse non putabat, an ita se res haberet, et quae esset merces proposita illi qui sublato monstro illo Palaestino, foedam è suo genere maculam aboleret. Neque aliud audivit ab aliis, quam quod ab homine mille primùm accepisset. Porro merces erat ejusmodi, ut multos ad certamen illud impelleret; nisi aut languerent animi propter regis, cui suberant, inobedientiæ crimen; aut nisi Deus illam gloriam Davidi, quem destinarat regno, reservaret. Divitias porro, quas rex promisit; illas esse arbitror, quae communiter ab hominibus numerantur in bonis; quales sunt agri, armenta, argentum et aurum; in uxore, et ab omni tributo immunitate, ingenuitate etiam video, quae quibus à vulgari statu ordineque plebeio, ad locum ascendit, quem conditio melior et magis preclara fortuna nobilitat (2).

VERS. 28. — *QUARE VENISTI, ET QUARE DERELIQUISTI PAUCULAS OVES ILLAS IN DESERTO? EGO*

(1) VERS. 26. — *QUI ENIM EST HIC PHILISTAEUS INGRICICUSUS, QUI EXPROBAVIT ACIES DEI VIVENTIS? EGOE JAM SPIRITU DEI IMPELLENTI DAVID PARTURIT MONOMACHIAM cum Goliath, ut honorem tum Dei, tum Israelis teneatur. Unde S. Ambr. in Psal. 118, serm. 17: *David, et hinc, perterritis omnibus, allophyli impetum laeae sit, et singulari certamine sanctorum belli et tollit praelii pondus accepit, virtute sua solus commune crimen refellens et totius restorquens in hostem plebis opprobrium.* Et serm. 48, docet Davidem hic praesuisse Christo: *Gecebat enim typum ejus, inquit, qui quasi et despectus venturus esset in terras, et sine legato, sine adiutore, sine nuntio totum populum mundi hujus crucis suae praelio liberaret; cui applaudent animae sanctorum et per baptismatis sacramenta renovatae, quod verum illum Goliath revalent nobis ac proeditum, verbi sui gladio trucidasset. Jacet igitur versus Goliath humilitate Filii Dei stratus; amisi caput quod in multas artes verbebat et fraudes. Psallunt securae jam animae, quae ante peccatorum suorum tormenta deflebant. Dicunt tympanis, hoc est, corporibus suis peccato mortis resultantibus: *Sicut triumphasti in militibus, David in decem mili-***



NOTI SUPERBIAM TAM (1). Verba sunt Eliab fratris Davidis, qui nondum acceperat paternam numeram, ut apparet, quando fratris adventum superbiae attribuit atque nequitiae, non charitati atque observantiae. Cùmque haec verba sint ab fratre, non est cur de illorum significatione et causâ anxie laboremus: neque enim iracundia, quae praecipis est, semper habet causas, cur aliquid molitur aut dicat, quia temerè rapitur, neque consilio relinquit aut rationi locum. Suspiscatur autem Eliab eo animo cò venisse fratrem, ut bellum videret, neque curâsse, quid de exiguo illo grege feret, quem ipsius curae pater crederat; aut certè, ut dicemus statim, velle singulare cum hoste committere certamen.

VERS. 29. — ET DIXIT DAVID, QUID FECI?

bus. Rex ille durus indignatur, et irascitur diabolo, eò quòd canerent juvenulae, et quia duritia filius paucos decepit, Christus totum mundum redemit. (Corn. à Lap.) (1) Alleg. S. August. serm. 197: à Fratre et ipse senior, inquit, qui David tempus Christi gerentem per malitiam increpavit, significavit cavet populum Judaeorum qui per invidiam Christo Domino qui pro salute humani generis venerat, detraxerunt, et multis frequenter injurias affecerunt. Quare, inquit, dimisisti oves illas, et venisti ad praedium? Quasi non tibi videtur per os ejus saluti hominum invidens diabolus loqui tanquam si diceret Christo: Quare dimisisti novaginta et novem oves quae non erraverunt, et venisti ut unam requireres quae perierat, et eam de manu spiritualis Goliath, id est, de potestate diaboli per crucis baculum liberatam, ad ovile proprium revocares? Quare, inquit, dimisisti oves paucas illas?

(Corn. à Lap.)

Eliab, frère aîné de David, lui dit: Je sais quel est votre orgueil; vous n'êtes venu ici que pour voir le combat. Ces personnes généreuses qui s'exposent ainsi pour les intérêts de Dieu, trouvent souvent des oppositions dans ceux mêmes dont ils devaient moins les attendre et dans leurs propres frères, comme David en reçoit de son frère aîné, qui le traite même avec beaucoup de mépris. On attribue aisément à orgueil ce qui n'est dans ces personnes que l'effet du zèle désintéressé qu'ils ont pour l'Eglise; et l'on croit qu'il y a de la prudence à les empêcher d'agir et à les faire taire. On s'oppose à eux et on ne les écoute presque point, parce que ceux qui les contredisent semblent avoir quelque avantage au dessus d'eux, comme le frère aîné de David en avait au dessus du plus petit de ses frères. Ainsi les reproches qu'on leur fait et qui ne viennent souvent que d'une secrète envie, ne laissent pas d'avoir un prétexte spécieux, et qui éblouit ceux qui ne connaissent que la surface des choses. Mais David s'arrête peu à ces paroles injurieuses de son frère. Il se justifie en un mot, et il attend que l'événement des choses fasse voir par quel motif il les avait entreprises. (Sacy.)

NUMQUID NOS VERBUM EST (1)? Suspiscabatur Eliab, ut cum Ahubensis sententiis complures alii, velle Davidem singulari cum Philisthaeo certamine congredi; quod ex eo conjectare potuit, quia tam avidè illum de victoris praemio rogantem audierat. Quare illum superbiae reprehendit, cum majora cogitet, quam vires et in bello peritia sperare jubeant et subire audeat quod Hebraeorum nemo tutum putabat. Ad quem David cum honestam posset rationem reddere, ac respondere, missum se fuisse à communi parente, cui velle repugnare impium esset, ut tam illi, quam fratribus aliis victum, afferret atque pecunias; quia tamen breviter optabat à longis se colloquiis expedire, ne tempus elaberetur cum hoste pugnandi, nihil de victu dicit, nihil de pecuniis, sed tantum in sua reprehensionis excusationem adducit, quòd illud esset verbum. Cujus significatio paulò obscurior. Communitè alii, qui objectum esse putant Davidi à fratre superbiae nomen, putant respondisse Davidem, nihil adhuc se tentasse, sed tantum esse verbum, à quo nihil est periculi; neque se arma sumpsisse, ut cum pugnantibus aliis in aciem procederet; et ideo nihil se admisisse dignum, quod tantoperè frater tanquam illiberaliter argueret. Quam ego explicationem non improbo. Sed puto responsum esse expeditam magis, si dicat David, nullo suo merito à fratre sibi nequitiae atque superbiae nomen opponi, cum de re illa loquatur ac roget, quia nulla est in militum sermone communitio. Porrò verbum idem interdum esse, quod proverbium, id est, quod in familiari hominum sermone versatur, diximus ad illud Zachar. 7, vers. 7: Numquid non haec sunt verba mea?

VERS. 30. — ET DECLINAVIT PAULULEM AB EO AD ALIUM. Non poterat sibi temperare David ad eò restu, quo flagrabat animus depellendae ignominiae ab Hebraeorum nomine, et vindicandae divinae gloriae ab eò notâ quam insensisse videbatur blasphema lingua Philisthaei. Hoc enim illi dolori fuisse maximo, et eam praesertim ob causam, velle cum vitâ discrimen causam suscipere communem, ipse significavit supra, v. 26: Quis enim est hic Philisthaeus?

(1) S. Chrysost. hom. 46 in Gen. : Vide, ait, hujus prudentiam et mansuetudinem: eò nihil temerarium vel asperum illi loquitur, sed reprimens eorum flammam et demulcens invidiam inquit: Numquid vidistis me ad arma arripere? numquid vidistis me adordinari ceteris in acie? tantum videre volui et interrogare, unde tantum huic insanie. (Corn. à Lap.)

ATHENS INCIRCUMCISUS, QUI EXPROBRAVIT ACIES DEI VIRENTIS? Atque ideo erupit, quam potuit festinanter à fratre, et quod ante agere instituerat, ab alio de propositâ certamini conditione sciscitatus est. Quid autem David tanto animo ac spiritu quaesierit, quid praese velle videatur, quid ex illius alacritate atque ardore sperari posset, relatum est ad Saûlem. Ad quem cum esset adductus, eodem vultu generoso atque alacri, eodem modo, quo ad reliquos de turbâ, ad regem quoque locutus est, et bono animo omnes esse jussit: se enim paratum esse cum hoste conficere, et sperare, favente Deo, cujus agitur causa, exultantis ac ferocientis hostis frangendam audaciam. Ad quem sic rex (1):

VERS. 35. — NON VALES RESISTERE PHILISTHAEO, ETC. QUIA PUER ES; HIC AUTEM VIR BELLATOR AB ADOLESCENTIA SUA. Non erat eo tempore David usque adeo puer, ut tractare arma non potuerit et certamen subire, quod ad aetatem attinet et corporis molem. Ut enim ex toto hoc libro constat, nil egit ab hoc tempore non virile, neque quisquam aetatem in eo desideravit, cum multa susceperit, peregrinatus, quo robustum corpus et virile robur atque constantiam desiderant. Cur ergo puer appellatur à rege, eâ puto de causâ, quia rudis erat in eâ arte, cujus tunc studebat specimen reddere; quod ex habitu conjectabat pastoritio, à quo procul abesse solet usus et disciplina militaris. Quod ex eo mihi persuadeo, quia Davidis aetati, si de illa loqueretur Saûl, aetatem opponeret Goliath, diceretque: Tu puer es, ille autem vir. Sed addidit illum bellatorem esse ab adolescentiâ quâ. Quare aliquid tunc considerabat in David, cui opponit in Philisthaeo peritiam et usum in re militari. Neque illi sua dedisset arma, si exiguum in illo staturam videret, cum ipse procerus esset corpore, et ad corporis mensuram arma gestaret. Facit ad hoc, quòd ex usu Scripturâ tam sacra quam profana, aetas non tam ex annis, quam ex

(4) VERS. 32. — AUDITA SUNT AUTEM VERBA REGIS QUAE ERANT IN DAVID; INVADENS DE PRAEMIO VINCENTIS GOLIATH; UNDE ILLI AUDIENTES COGNOSCEBANT EJUS ANIMOSITATEM ET DESIDERIUM DUELLANDI CUM GOLIATH ILLI À DEO IMMISSUM; IDEOQUE REM TOTAM ANNUNTIARUNT SAÛLI, QUI DAVIDEM VIDENS ET AUDIENS TANTO ANIMO AD DUELLEM CUM GIGANTE SE OFFERENTEM, AGNOVIT IN EO ALIQUID INESSE CONESTE ET DIVINUM. Nam, ut ait S. Chrysost. Hom. de Davide et Saule: e David non ex superbia vel temeritate, sed accensus zelo et patriâ charitate ad barbarum accurrat. (Corn. à Lap.)

qualitate et meritis computari solet. Quare ignorantem aut stultum senem puerum appellamus, quia in pueris stultitia est, et eum qui parum est facundus et inconsideratus in loquendo, infantem; sicut etiam eum qui licet grandis sit aetate, innocens tamen est, quia cum infantia conjuncta quoque reperitur innocentia. Quomodò Saûl cap. 15, filius dicitur unius anni, id est, infans, cum primum regnum inivit, quia neque dolum nôrat, neque sublimia cogitabat: et tamen erat supra quinquagenarium. Quia pueri plerumque aliena voluntati parent, et eâ aetate plurimum sunt qui ex aliorum imperio servilia obsequia ministeria, fit ut qui ejusmodi vacant operibus, quôcumque aetate fuerint, pueri vocentur. Quomodò servus Abraham, qui aetatis erat jam grandis, quique Genesis cap. 24, v. 2, senior appellatur, aliis in locis appellatur puer; ut ibidem v. 52, 54, 65. Et Jesus jam supra tricennarium puer vocatur, Actor. 4, v. 27: Conveniunt verò in civitate istâ adversus sanctum puerum tuum Jesum, quem unxisti, Herodes et Pontius Pilatus, etc. Sic sacerdos, presbyter dicitur; id est, senex, quia senilis illi debet esse matris. Eodem afficiuntur nomine senatores, seu seniores, qui publicis intersunt conciliis, quia senectus senile desiderat ingenium. Cùm ergo prudentia aut rerum cognitio canos homini, et moralem afferant aetatem, sanè mirum non est, si eum illum in re militari peritiam haberet David, quam habere solet tyro, quando primum ad rei militaris pondus et usum excolitur, si puer nominetur à Saûl, maxime comparatus cum illo, qui ab adolescentiâ bellator est. Longè major erat David, cum domum edificaverat, et praclaris victoriis regnum stabilierat, et tamen puer appellatur, Actor. 4, v. 25: Per os patris nostri pueri tui David dixisti: Quare fremuerunt gentes? etc., et Lucæ 1: In domo David pueri tui.

VERS. 34. — PASCEBAT SERVUS TUUS PATRIS SUI GREGEM, ET VENIEBAT LEON, ETC. Suae dicit regi, qui timido erat animo, neque rem lance ardeam, quae gigantes vires et audaciam requireret, in experto belli et imperio omnino rei militaris committendam putabat, desperandam non esse victoriam. Quia rem tentaverat, et felici saepe successu confecerat, quae non minus robore et audacia exigebat, quando inermis occurrit leonibus atque ursis, illosque aut suffocavit elisis faucibus, aut manibus in frusta concepsit. Modus autem ipse loquendi



non semel aut his, sed sæpè de feris reportatas indicat esse victorias. Quas sine labore comparatas esse à David, sed quasi per jocum et ludum, ut à ludente venatore venabulo conficitur feræ, habemus Eccles. cap. 47, v. 5: *Cum leonibus luit, quasi cum agnis; et in ursis similiter fecit, sicut in agnis ovium in juventute sua* (1).

VERS. 37. — DIXIT AUTEM SAUL AD DAVID: VADE, ET DOMINUS TECUM SIT. NON, PUTO, CRE-

(1) VERS. 56. — NUNC YADAM ET AUERAM OPPROBRIUM POPULI: QUONIAM QUIS EST ISTE PHILISTHEUS INCIRCUMCISUS? DESUNT HEC IN HEBRÆO ET SEPTUAGINTA, ET TANQUAM ADDITAMENTUM IN VETUSTIS MANUSCRIPTIS NOTANTUR. (Calmet.) NAM ET LEONEM ET URSUM INTERFECIT. ALLEGOR. S. August. serm. 197: « David, id est, Christus tuus tuum leonem et ursum strangulavit, et quando ad inferna descendens omnes de eorum faucibus liberavit. Denique audi Prophetam ex personâ Domini supplicentem: *Erne à fratre animam meam, et de manu carnis unicum meam: libera me ex ore leonis. Et quia ursus in manu fortitudinem habet, et leo in ore, in istis duabus bestiis idem diaboli figuratus est. Hoc ergo ex personâ Christi dictum est, ut unica ejus Ecclesia de manu, id est, de potestate, vel de ore diaboli tolleretur.* »

Tropol. abbas Præmèn rogatus à quodam tentato spiritu fornicationis, ut daret sibi remedium, respondit illud David 1 Reg. 17: *Quia leonem quidem percutiebam, nam et ursum frequens suffocabam.* « Hoc autem ita intelligitur, quia furorem ab animo meo abscindebam, quod fornicationem autem in laboribus affligebam. » Ita Rufinus in Vitis Patrum lib. 5, num. 46. (Corn. à Lap.)

C'est ainsi que j'ai tué un lion et un ours; et ce qui Philistin sera comme l'un d'eux. David semble se louer devant Saül; mais ces actions avantageuses qu'il rapporte de lui-même nous sont une grande leçon d'humilité. Car nous ne pouvons assez admirer qu'il ait fait des actions si extraordinaires, et que jusqu'alors personne n'en eût rien su. Il les tenait secrètes comme il les avait faites dans le secret; et il ne les aurait pas même découvertes à Saül, si ce prince ne l'eût forcé en quelque sorte de le faire. Car il fallait quelque chose de grand pour persuader à Saül qu'il pouvait sans témérité entreprendre ce combat; et ce n'est que dans cette vue que David se résout à lui dire ce qui lui était arrivé lorsqu'il paisait les brebis. Mais lorsqu'à ne considérer que le dehors de ses paroles, il paraît moins humble, il l'est, en effet, puisqu'il ne pense qu'à s'abaisser lui-même, et à rendre gloire à Dieu. Le Seigneur, dit-il, qui m'a délivré des griffes d'un lion, me délivrera de la main de ce Philistin; comme s'il disait à Saül: Dieu qui m'a déjà soutenu, me soutiendra dans ce combat. Le vainqueur des lions le sera encore des géants. Vous avez raison de ne rien espérer de ma faiblesse, mais vous devez aussi bien que moi attendre tout de la protection du Tout-Puissant. (Sacy.)

didisset Saül verbis Davidis, cum sciret à juvenibus multa de suis rebus superbi prædicari, quæ non facile creduntur ab his qui juvenum agnovissent et igniculos ad gloriam et sonitus persæpè à fide et veritate vacuos; sed accesserunt, opinor, aliorum testimonia, qui illud ipsum dicerent aut vidisse se, aut ab aliis qui viderant, accepisse. Neque enim ignorari poterat, cum proximè abesset Bethlehem, ubi hæc accidisse narratur, et res esset ejusmodi, ut facile remotas etiam provincias propter sui magnitudinem pervadere potuerit. Sanè noverat ille, qui cap. 16, v. 17, fortissimum robore et virum bellicosum appellarat; propter leones scilicet domitos et extinctos, et prædam ex illorum faucibus extractam.

VERS. 38. — ET INDUIT SAUL DAVID VESTIMENTIS SEIS, ET IMPOSIT GALEAM AREAM SUPER CAPUT EUS (1). Ex hoc loco nuper colligebamus, procero esse corpore Davidem, quando proceri hominis vestes et arma illi sunt oblata. Quæ David non idè deposuit, quia corporis modo videretur inepta, sed quia neque ejusmodi armaturæ esset assuetus, neque incedere posset eo armorum pondere, quasi ferreis quibusdam vinculis impeditus. Hic illi, qui ut ætate, sic etiam corpore exiguum esse putant Davidem, multa meditantur. Primum, Lyra existimat illa arma non esse, quibus indui solitus esset Saül; sed alia quædam de armamentario regio, ubi pro variâ corporum mensurâ, necesse est variam esse etiam armorum quantitatem et modum. Sed ut in illis castris armamentarium esset Saülis, et in eo arma quæ

(1) Saül revêtit ensuite David de ses armes. Saül veut revêtir David de ses armes, mais David les rejette. Il nous apprend par là, selon les saints, une vérité bien importante, qui est que, pour soutenir l'Eglise contre ses ennemis, il ne faut point avoir recours aux armes des princes et des sages de ce monde, mais qu'on ne leur doit opposer que la simplicité des armes de Jésus-Christ, parce que la parole de Dieu, qui a été éclaircie et soutenue par les saints, est en même temps la vertu de Dieu, selon saint Paul: *In verbo veritatis, in virtute Dei*, 2 Cor. 6. 7. David aurait pu paraître téméraire d'aller ainsi sans armes combattre contre un géant. Mais il était d'autant mieux armé, qu'il ne l'était que par la confiance qu'il avait en Dieu. C'est ainsi que les vrais serviteurs de Dieu rejettent tous les moyens humains contraires à la foi, pour se retirer des périls où sa Providence les a engagés, parce qu'ils savent que Dieu n'abandonne jamais ceux qui n'ont point d'autres intérêts que les siens, et qu'ils attendent tout de celui-là seul sans lequel ils sont persuadés qu'ils ne peuvent rien. (Sacy.)

non essent inter tot pugnatorum millia distributa, quod non puto, in tantâ præsertim armorum inopiâ; tamen modus ipse loquendi ad hanc explicationem nimium est durus, neque trahi potest ad hanc sententiam, nisi vim afferas. Alii prodigiosum aliquid hic intuentur, et hi sunt Hebræi, ut tradit Abulensis q. 24. qui suo more, ut aliquid afferant populare, quod vulgares aures perculcat et curiosos animos oblectet, somniarunt vestimenta Saülis, licet prius ingenti ipsius mole accommodata, ubi accepta fuerunt à David, sic fuisse illius attemperata corpori, ut pro illius mensurâ concinnata viderentur. Sed hæc, ut apparet, meræ nugæ sunt. Ego, quod principio dixeram, puto primum arma et vestes, militares nempe, quæque armis adhiberi solent, ad Saülis usum, et ejus mensuram esse fabricata, et tradita Davidi, quæ illius corpori non adèd fuerant inepta, ut si armorum aliquem haberet usum, illa non gestaret. Eam enim rationem adduxit, ne illa ferret ad singulare certamen, non quia habile non esset corpori illud armorum genus, sed quia inusitatum. Hoc tenet Abulensis, Dionysius, et Hugo, imò et Chrysostomus tom. 4. homil. de David et Goliath.

Hæc ad mores multa Patres, qui in Davide, qui monomachiam appetit, et occiso gigante delere vult infamiam Israel, Christum agnoscunt. Qui adducere noluit Saülis arma, sed illa, quæ patris obedientia dederat. Dedit Davidi Isai filio curam pascendi atque tuendi gregis; cumque hoc munere fundam dedit et baculum, quæ pastoris sunt arma et familiaria illius rustici muneris insignia. Hæc arma, quæ homini obedientia dedit, potentissima sunt; et licet infirma juxta naturam suam videantur, magnas tamen sternunt moles, et quæ terrori sunt populo Dei, potenter expugnant. Prostravit David gigantem lapide et fundâ, quem gladio et arcu, alienis videlicet armis non stravisset; neque utiliter fortassè cum ursis leonibusque pugnasset, si armatus procederet ad certamen illud aliis armis, quàm quæ à parente, id est, ab obedientiâ, ad curam pastorem accepisset. Neque verò tantum bonus pastor arma rejecit, sed etiam vestimenta, quæ milites magis tegunt et ornant, quàm pastorem. Neque fortassè Deus suum agnosceret Davidem, illicque patronus et vindex adfuisset, si bellicis vidisset, non pastoralibus indumentis instructum; pastori enim potius quàm militi faveret (1).

(1) VERS. 39. — COPPIIT TENTARE SI ARMATUS S. S. IX.

VERS. 40. — ET TULIT BACULUM SUUM, QUEM SEMPER HABEBAT IN MANIBUS. Cùm videret David Saülis arma impedimento sibi magis fore, quàm usui, abiecti illa; et cùm pastor videri mallet, quàm miles, ut si quid gloriosum ex eo certamine contingeret, divinæ videretur, non humanæ virtutis, baculum assumpsit pastorem insigne, cujus in eo certamine usus nullus esse poterat: quæ enim lignei baculi contra aream cassidem et ferream corporis tegumentum utilitas? Idè autem sumpsit, ut sibi, in eo etiam duro rerum articulo, videretur esse similis; semper enim baculum gestabat in manu, etiam cùm ex agro revertetur in urbem, et in urbânâ contribulium suorum turbâ versaretur; neque enim turpe putabat aut indecorum, præ se ferre illud ministerium aut artem, in quâ ipsum paterni imperii observantia posuisset. Præclarum sanè florum et eorum qui religiosum institutum profuerunt, exemplum, qui nihil esset indignum, quod parentes aut superiores injungant; et illud esse putant maximè honestum, quod maximè olet obedientiæ virtutem. In hoc baculo communiter Patres Christi crucem intelligunt; sicut in David, è Davidico genere natum Christum. Vide Augustinum Dominicâ 4 post Trin. serm. 21; Rupertum, lib. 2 in lib. 1 Reg. cap. 5 et 6.

ET ELEGIT SIBI QUINQUE LIMPIDISSIMOS LAPIDES DE TORRENTE. Lapidés de torrente dicuntur lapides, quibus nihil est scabrum, nihil asperum, qui faciliè possunt excuti de fundâ, et ad destinatum scopum certius ferri. Sunt autem lapides torrentis, seu fluvii, qui in sabuletis paulò quàm alii majori inveniuntur mole. De quibus multa suo more Thalmudistæ, ex quibus, ut opinor, sumpsit ille, qui Philoni suppositus alienum partum, et Scripture sacre multa addidit planè fabulosa. Ait enim, sumpsisse Davidem septem lapides, et in illis scripsisse parentum suorum nomina, Abraham, Isaac, Jacob, Moyses, Aaron et suum, et fortissimi, nempe Dei. Sumpserunt, credo, qui ista somniarunt, ex aliarum gentium consuetudine, quæ aut omnibus gratiâ, aut alias ob causas aliquid consueverunt armis inscribere. Quæ de re nos super Zachariam cap. 5. Tradit Platarchus in vitâ Marii in bello Cimbrico

POSSET INCEDERE. Hebræus: *Voluit ire, quia non expertus erat.* Symmachus et vetus alius interpretes: *Climacabat incedens, quia non habebat consuetudinem.* Septuaginta: *Laboravit, cum ambulasset semel et bis.* (Calvet.)